



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXLIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

nis apposta repelli nequeat ex eo, quod fuerit periturus, & in mora soluendi, & sic dictum pro parte sua non adimpleuerit per predicta. ¶ Sed his multo aduersari nideretur id, quod ponit Alex. post Barto. in l. quoties. in 1. col. & in l. cum stipulatus sim. in fi. 1. col. ff. de verbo. obli. ubi si promitto tibi soluere decem in paschate, & ab inde antea ad tui uoluntatem, & arbitrium, seu ad tui petitionem, tunc dies certus paschatis appositus me promissorem interpellat, perinde ac si simpliciter in paschate soluere promississem: ita uoluit glo. singularis. in d. l. cum stipulatus. secundum Ang. ibi, Alexand. & alios, idemque ponit Bal. in d. c. 1. §. fin. an ille, qui inter se frat. dom. & plura ad propositum Socin. cum mulat in consi. 288. vol. 2. col. 14. ergo in casu nostro per lapsum certi temporis adiecti solutioni ipsi Ioannis baptista, qui in festo sancti Michaelis soluere promissit, is dicitur in mora constitutus, perinde ac si simpliciter in festo sancti Michaelis soluere promississet absque illa alia adiectione temporis petitioni, & exactioni locatoris, & creditoris appositum. Verum saluando iam dicta, quae sunt uerissima, responderetur dictae doctrinae glo. Bart. Alex. & aliorum in d. l. quoties. & in d. l. cum stipulatus. quod ideo ex lapsum certi temporis paschatis debitor ibi mora constituitur, quoniam illud tempus fuit solutioni debitoris appositum, item illo tempore, seu eo finito creditor statim petere, & contra debitorem agere poterat, cum ex illa adiectione, & ab inde antea ad tui uoluntatem, seu ad tui petitionem creditor non im pediebatur agere et in termino certo expresso, hoc est in paschate, seu statim post, & propterea debitor aliter petitione, & interpellatione creditoris non expectata per lapsum illius temporis in mora constituitur: & ita procedit id, quod uoluit Barto. Alex. Ange. & alii in d. l. quoties. & in d. l. cum stipulatus. & Ange. in repetitio. l. si insulam. col. 6. ff. de uerb. oblig. At in casu nostro locator, & sic creditor in festo sancti Michaelis, uel statim post canonem a conductore petere, & exigere non poterat, ut ex uerbis contractus apparet, ergo ex lapsum illius temporis Ioannes baptista conductor non potest dici in mora constitutus, nec talis dies pro homine interpellat, quia ubi nulla est petitio, ibi nulla mora. l. si pupilli. ff. de uerb. oblig. & d. l. nulla. ¶ Sed adhuc non parua circa hoc ultimum remanet difficultas ex iis, quae postea excellentissimus do. Auditor considerauit, quod quoniam tempus certum est appositum petitioni, seu exactioni creditoris, non autem solutioni debitoris, tunc per lapsum illius temporis debitor absque alia interpellatione in mora constituitur, quia illud tempus dicitur interpellare, ut uoluit Bal. sibi met contrarius. in l. si ex legati causa, uel in l. sed si ex stipulatu. ff. de uerb. oblig. per not. per glossam in l. si duo. in fi. ff. de constit. pecu. & ita tenet Bart. in l. promissor. §. 1. in fin. eo. tit. & hanc partem tanquam ueriores sequitur Iason in d. l. si ex legati causa. in septima limitatione, dicens Cynum ita uoluisse. De Alex. autem, & glo. in d. l. si unus. §. 1. nullam facit mentionem. Et ultra Bal. in d. l. si ex legati causa. adduco eundem Baldum tenentem idem in l. 1. C. quando dies lega. ced. in ultima col. qui dicit, quod si testator legauit mihi decem, qui me ante annum capere ueruit, tunc lapsus anni heredem interpellare, & in mora constituere dicitur per not. per glo. in d. l. si duo. in fi. & in d. l. cum stipulatus sim. cum simil. ibi per eum allegatis. & idem Bal. in l. fin. C. de iure dotium. in uers. pone. dicit statutum, inquit, quod si statuto loci cautum sit, quod debitores frumenti propter pecuniam non possint intra annum exigi, sed post annum ad petitionem creditoris soluere teneantur, an hic annus interpellat, an uero noua creditoris interpellatio expectabitur. Ex predictis patet, aliam non expectandam esse interpellationem.

Ex quibus inferitur, quod dictum Bal. in d. c. 1. §. 1. post glo. in d. l. si unus. §. 1. redditur dubitabile sequenter in casu nostro dicendum esse pro conductorem fuisse in mora soluendi, & debitoris cecidisse per ea, quae habentur in d. l. si per Bald. in c. querelam. de iur. iur. & in l. si per his non obstantibus, primum in casu nostro non puto tam ex supra dictis, quam ex infra dictis monendo predicta, quae prima quidem dicuntur aduersari, cum tamen multipliciter deri possit, & in primis dici potest, quod tempore, quo debitor soluere promissit, dicitur debitor non possit exigere, nisi post paschate, dat dictum Bald. in c. 1. in fi. & Alex. in d. l. & idem uoluit ipse Bal. si recte eius uerba sunt. in l. si C. de iure dot. in fin. in 2. colum. sequen. ibi sed pone & Et ratio est, quia tempus, infra quod creditor petere non potest de instrumento, & contra statim ponitur obligatio, & actioni inesse, arg. l. contra not. per Paul. de Cast. C. de fid. instrum. & l. cer. p. & propterea lapsus illius temporis non interpellat, nec in mora constituit per uoluit Bar. in l. ita stipulatus. la. grade. in 2. uerb. oblig. & in hoc casu nos sumus, ut etiam constat. Aut post obligationem contractam, & ex interuallo fit pactum de non petendo debitori infra certum tempus, de quo post certum tempus possit petere, & exigere procedat id, quod uoluit Bal. in d. l. si ex Alex. ita proprie uidetur loqui Iasonem, quod ipse facit. Et ratio est, quia tunc tale tempus interpellat obligationi, & actioni, quae tamen & propterea talis dies interpellat, quia non quod eodem tempore oriatur obligatio, & actioni, sed in mora constituitur, secundum quod Bart. in d. l. ita stipulatus. in 2. quae. p. d. d. dici potest Baldum non fuisse sibi contrarium in locis, in quibus ex se, & secundum eius opinionem, si semper tenere uidetur, quod tempus petitioni, & exactioni non interpellat, ut in d. l. si unus. §. 1. & ibi Alex. hoc tenet, idem uoluit ipse Bald. in d. l. fin. in fin. C. de iure dotium. l. ex legati causa. Bal. non loquitur secundum ritum, nec ex suo capite, sed referendo opinionem, uidelicet Cyni, & quorundam, qui dicunt tempus absque alia hominis, & creditoris interpellatione interpellare, ut clare colligitur ex uerbis ibi quidam dicunt, quod aut dies interposita non illius uerba inspiciantur, ipse ibi illud tenet, sed simpliciter pertransit. Quare non quod propter hoc Bal. recesserit a sua opinione plurimum, & fere semper fuit sequutus, & in d. l. si unus. §. 1. post glo. ibi, scilicet auctorior, quam fuerit, & sit auctoritas Iasonis, iudicando, & consulendo, & mihi temporis actionem tanquam Apollinis oraculum sequi placuit. Et ad rationem Iasonis in d. l. si ex actione, quae fuit ex mente Barto. in d. l. si ex glo. ibi. & clarius in d. l. promissor. §. 1. constit. pecu. potest responderi primo, quod tempus, quando tempus statim, & in continenti a partibus appositum in eodem instrumento debitor se simpliciter obligauit. Secundo dicitur quod glo. in d. l. si duo. in fi. & Bart. & Bal. in d. l. §. 1. & alii, qui cum d. glo. pertranscunt, loquuntur dies est adiectus exactioni, & petitioni, & solutioni, ut in casu d. l. promissor. §. 1. cum similibus, ac etiam Bal. & Alex. loquimur, quod in

